

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

Matthew 16: 18

TU es Petrus, et super hanc petram
ædificábo Ecclésiám Meam.

COMMUNION

Thou art Peter, and upon this rock I will
build My Church.

REFECTIONE sancta enutrítam
gubérna, quæsumus Dómine, tuam
placátus Ecclésiám: ut poténti mod-
eratióne dirécta, et increménta lib-
ertátis accípiat et in religiónis integ-
ritate persístat. Per Dominum.

POSTCOMMUNION

Since Thy Church has been nourished by
the sacred repast, govern her in Thy clem-
ency, we beseech Thee, O Lord, so that
under the guidance of Thy mighty rule she
may enjoy greater freedom and abiding
integrity of religion. Through our Lord.

COMMEMORATION of St Felicitas

Grant, we beseech Thee, O Lord, our
God, that we, who in this life joyfully assist
in the commemoration of Thy saints, may
hereafter rejoice in beholding them forever
in Heaven. Through our Lord.

SÚPLICES te rogámus, omnípotens
Deus: ut, intercedéntibus Sanctis tu-
is, et tua in nobis dona múltiples,
et témpora nostra dispónas. Per
Dominum.

PROPER of the MASS

ST CLEMENT I

November 23

Isaias 59: 21; 56: 7; Psalm 111: 1

INTROIT

DÍCIT Dóminus: Sermónes mei,
quos dedi in os tuum, non deficient
de ore tuo: et múnera tua accépta
erunt super altáre meum. *Ps.* Beátus
vir, qui timet Dóminum; in man-
dátis ejus cupit nimis. Gloria Patri.

The Lord saith: My words which I have
put in thy mouth, shall not depart out of
thy mouth: and thy gifts shall be accepted
upon My altar. *Ps.* Blessed is the man that
feareth the Lord; he delighteth exceedingly
in His commandments. Glory be to the
Father.

COLLECT

GREGEM tuum, Pastor ætérne, pla-
cátus inténde: et per beátum Cle-
mentem Mártyrem tuum atque
Summum Pontíficem, perpétua pro-
tectione custódi; quem totíus Ec-
clésiæ præstitisti esse pastórem. Per
Dóminum.

Eternal Shepherd, do Thou look favour-
ably upon Thy flock, which we beseech
Thee to guard and keep for evermore
through the blessed Clement, Thy Martyr
and Supreme Pontiff, whom Thou didst
choose to be the chief shepherd of the
whole Church. Through our Lord.

COMMEMORATION of St Felicitas

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens
Deus: ut beátæ Felicitátis Mártyris
tuæ solémnia recenséntes méritis
ipsius protegámur, et précibus. Per
Dominum.

Grant, we beseech Thee, O almighty God,
that, observing the festival of blessed Fe-
licitas, Thy Martyr, we may be protected by
her merits and prayers. Through the same
Lord.

Philippians 3: 17-21; 4: 1-3

EPISTLE

FRATRES: Imitatóres mei estóte, et
observáte eos qui ita ámbulant, sicut
habétis formam nostram. Multi
enim ámbulant, quos sæpe dicébam
vobis (nunc autem et flens dico)
inimícos crucis Christi: quorum finis
intéritus: quorum Deus venter est:
et glória in confusióne ipsórum, qui
terréna sápiunt. Nostra autem con-
versátió in cælis est: unde etiam
Salvatórem exspectámus Dóminum

Brethren: Be followers of me, and observe
them who walk so as you have our model.
For many walk, of whom I have told you
often (and now tell you weeping) that they
are enemies of the cross of Christ whose
end is destruction, whose god is their belly,
and whose glory is in their shame who
mind earthly things. But our conversation
is in Heaven, from whence also we look
for the Saviour, our Lord Jesus Christ,

nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae, secundum operationem, qua etiam possit subjicere sibi omnia. Itaque, fratres mei carissimi et desideratissimi, gaudium meum, et corona mea: sic state in Domino, carissimi. Evodiam rogo, et Syntyche deprecor ipsum sapere in Domino. Etiam rogo et te, germane compar, adjuva illas, quae mecum laboraverunt in Evangelio, cum Clemente, et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitae.

Psalm 106: 30-31

EXALTENT eum in Ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. Confiteantur Domino misericordiae ejus: et mirabilia ejus filiis hominum.

Matthew 16: 18

ALLELUIA, alleluia. Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Alleluia.

Matthew 16: 13-19

IN illo tempore: Venit Jesus in partes Caesareae Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Filius Dei vivi. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in Caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non prevalerunt adversus

Who will reform the body of our lowness, made like to the body of His glory, according to the operation whereby also He is able to subdue all things unto Himself. Therefore, my brethren, dearly beloved, and most desired, my joy and my crown: so stand fast in the Lord, my dearly beloved. I beg of Evodia, and I beseech Syntyche to be of one mind with the Lord: and I entreat thee also, my sincere companion, help those women who have laboured with me in the Gospel, with Clement and the rest of my fellow-labourers, whose names are in the book of life.

GRADUAL

Let them exalt him in the church of the people: and praise him in the chair of the ancients. Let the mercies of the Lord give glory to him: and his wonderful works to the children of men.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

GOSPEL

At that time, Jesus came into the quarters of Caesarea Philippi, and He asked His disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some, John the Baptist, and other some, Elias, and others, Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona, because flesh and blood hath not revealed it to thee, but My Father Who is in Heaven: and I say to thee, that thou art Peter, and upon this rock I will build My Church, and the gates of hell shall not prevail against it; and to

eam. Et tibi dabo claves regni caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in Caelis.

Jeremiah 1: 9-10

ECCE dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super gentes et super regna, ut evellas et destruas, et aedifices et plantes.

OBLATIS muneribus, quaesumus Domine, Ecclesiam tuam benignus illumina: ut, et gregis tui proficiat ubique successus, et grati fiant nomini tuo, te gubernante, pastores. Per Dominum nostrum.

VOTA populi tui, Domine, propitius intende: et, cujus nos tribus solemnia celebrare, fac gaudere suffragiis. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, aequum et salutare. Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor aeternae, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti praesesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

thee I will give the keys of the kingdom of Heaven; and whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in Heaven; and whatsoever thou shall loose on earth, it shall be loosed also in Heaven.

OFFERTORY

Behold I have given My words in thy mouth: lo, I have set thee this day over the nations, and over the kingdoms, to waste and to destroy, and to build and to plant.

SECRET

In Thy loving kindness, we beseech Thee, O Lord, be moved by the offering of our gifts and enlighten Thy Church: that Thy flock may prosper everywhere and shepherds, under Thy guidance, may be rendered acceptable to Thee. Through our Lord.

COMMEMORATION of St Felicitas

Graciously, regard, O Lord, the oblations of Thy people: and grant that we may enjoy the intercession of her whose festival Thou sufferest us to keep. Through our Lord.

PREFACE OF THE APOSTLES

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd; but through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying: